



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Protestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

PROTESTATIO.

LECTOR aduerte in ELOGIIS Virorum Illu-
strum , quos hoc Libro complexus sum
nonnulla me obiter attingere , quæ sancti-
tatem ipsis videantur adscribere: perstrin-
go nonnumquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum vi-
res humanas superent, miracula videri possunt: præ-
sagia futurorum, Arcanorum manifestationes, re-
uelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huius-
modi: beneficia item in miseros mortales eorum in-
tercessione collocata diuinitus; demum nonnullis
sanctimonix, vel Martyrij videor appellationem
tribuere. Verum hæc omnia ita meis Lectoribus
propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apo-
stolica Sede examinata, atque approbata, sed tan-
quam quæ à sola suorum Auctorum fide pondus ob-
tineant, atque adeo non aliter, quam humanam
Historiam. Proinde Apostolicum S. Congregatio-
nis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum An-
no 1625. editum, & anno 1634. confirmatum inte-
grè, atque inuiolatè, iuxta declarationem eiusdem
Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano Papa VIII. an-
no 1631. factam seruari à me omnes intelligant: nec
velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam
per has meas narrationes vlli arrogare; vel famam,
& opinionem sanctitatis, aut Martyrij inducere,
seu augere; nec quidquam eius existimationi adiun-
gere, nullumque gradum facere ad futuram aliquan-
do vllius Beatificationem, vel Canonizationem,

aut miraculi comprobationem ; sed omnia in eo
statu à me relinqui , quem seclusa hac mea lucu-
bratione obtinerent, non obstante quocumque lon-
gissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor,
quam decet eum, qui sanctæ Sedis Apostolicæ obe-
dientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua
inscriptione, & actione dirigi,

E G O

CHRISTOPHORVS GOMEZ.

Soc. IESV.

INDEX